

titur; **V** secundum illud Apostoli: *Dissolvi me melius est, V eum Christo esse;* **V** illud: *Miser ego homo! quis me liberabit de Corpore mortis hujus?* **V** illud: *Quia in hoc veteri tabernaculo congemiscimus, desiderantes superindui; tandem ipse in hoc mortis Corpore patitur.* Sed velocitatem auxiliū deprecatur. *Quid enim sibi proderit, exultum esse velociter, nisi tanquam fidelis V Deo placans, V Beatis locis Quieturus, excedet e Corpo-re?* Ut his denique finem faciam, accipe, quid Tractat. in Psalm. cxix. num. 11. ad ea verba: *Heu mibi, quia incolatus meus prolongatus est,* Hilarius idem differuerit: *Querelam istiusmodi, ait, a plurimis Sanctis audiimus, de tarditate spei sue mortali Corporum dissolutionem deflentum. Dominus in Evangelio suis docuit, ACCELERATIONEM REGNI COELESTIS ESSE ORANDAM.* Impatientem enim caritatem esse eorum, quæ amet, convenit: atque ideo dici oportet, quod ut dicamus, a Domino præcipimus, ADVENTIAT REGNUM TUUM. Paulus beatus inhabitationem Corporis sui congemiscit, per incolatum Carnis peregrinari se a Deo conquerens. *Quo contra peregrinandum in Carne seit siti esse, ut ei CUM DEO SIT INCOLATUS; sed tamen MELIUS ei ESSE DIS-SOLVI, ET CUM CHRISTO ESSE.* Et Ecclesiastes ait: *Et laudare omnes, qui mortui sunt, super omnes, qui vivunt usque nunc: liberata per Dissolutionem Corporis Animæ ore atque corsorio hujus præcursus Carnis, In hoc igitur nimium præce IN CORPORE INCOLATU CONGEMISCIT PROPHETA, FESTINANS PEREGRINARI A TERRENIS ET INCOLORE COELESTIA, UT derelictis corruptilibus atque præsentibus CONSEQUATUR INVISIBILIA ET AETERNA.* Relege, quæso, iterum, ac serio ista perpende: ac denum edicito, an ferendus sit Burnetus, qui & Hilarium, & Apostolum Gentium, veluti suis somniis indulgentes produxit, & Justorum desideria de Corporis dissolutione, atque impatientiam, ut cito consequantur quod amant, falsi arguit. Hæc sunt, pene dixi, machinamenta hominis, Invisibilia & Aeterna neque sperantis & per consequens, neque cre-dentis.

C A P U T XIII.

Perpetuam pro sua opinione laudatur a Burneto S. Ambrosius. Varia illius loca expensa. Pseudo Eddæ Libris ille usus. Perspicue ab eo confirmata Sanctorum Beatitas.

Sancti quoque Ambrosii auctoritatem in sua opinionis patrocinium adscivit Burnetus. Jure-ne, an injuria, videamus. Hæc ejus verba laudat ex Libro de Bono Mortis cap. x. Coronæ enim dies expectatur ab Omnibus, ut intra eum diem V Victi erubescant, V Victores palam adipiscantur victoriae. Et cap. xi. hæc alia mutatur, ubi læti-tiam Animarum ante Resurrectionem exponens, ait: *Quarto, quia incipiunt intelligere Requiem suam, V sursum suam Gloriam previdere; coque se consolacione malcentes in habitaculis suis cum magna tranquillitate Requiescant, stipate præfatis Angelorum.* Denique e lib. ii. cap. 2. de